



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XXXIV. De Treuga & Pace.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

**8** IV. Prerogativa ordinantis facit quem maiorem. Si ordinatus a summo Pont. dignior est ordinato ab Episcopo; hec per hoc non eximatur a jurisdictione sui Episcopi, c. Per tuas. b. tit. Inter hos absolute major est is, cui non solum debetur obedientia reverentiae, verum & precepti, & judicij, quam solemniter promittit Episcopus Archiepiscopo, Abbates, Archidiaconi, & alii in dignitate positi, ipsi Episcopo, etiam cum juramento solenni, quale praestant Pontifici Episcopi. secundum formam e. Ego 4. inf. De jurejur. Non habentes dignitatem tantum promittunt manualem suis Praetatis obedientiam, c. 3. & c. Misquasi. b. tit. nisi aliud habeat confutudo. Si aliqui sine jurisdictione pares inter eos major erit, cui ordo est major. Si & in hoc paritas, is qui prius ordinatus, d. c. i. ubi Innoc. b. tit. Si in eo quoque paritas fuerit, dignior erit, qui a digniore ordinatus.

**9** Quæritur, An plenum gradium cumulatio, quorum nullus per se sufficit ad præeminentiam, faciat aliquem majorem eo, qui habet unum præminentem? Resp. Non videntur arguere. I. Spad. n. 15. §. quiesura D. de excusatione, ubi varie species excusationis, si per se sunt imperfæctæ, non excusat: uti nec hac in re plures gradus in uno non ponent præferentiam, si in alio sit unus excellenter. Unde Episcopus Doctor non præcedet Archiepiscopum non Doctorem, Navarr. cons. s. a. 4. & 15. hoc tit. & Doctor Medicinae aut Legionum non prætendens Doctori Canonum, Felio. in c. Cleric. n. 3. & ibid. Abbas inf. de judiciis.

## TITULUS XXXIV.

De Treuga &amp; Pace.

## SUMMARIUM.

1. Tentanda compositio inter partes litigantes.
  2. An Index partes ad hoc cogere possit?
  3. Tentanda compositio potissimum in bellis, idq; per pacem vel in luctas.
  4. Inducit alia Conventioales, alia Canonica.
- A** Nte judicii ingressum incumbit Magistratus, maxime Ecclesiastico tentare, si controversiae quadam compositione possint

sopiri. Quæ restendit in bonum publicum, causus status turbatur licibus, quas ideo quilibet bonus exercerat.

Quæritur autem, An Index possit cogere partes ad compositionem? R. Non posse cogere ad transfigendum, aut compromittendum, cum haec res eodem tendat, ut quis invictus uti sceleret. Quod inquit, utræ & merito prohibetur judicii. Novel. vi. litigantes & c. 124. in fine. Nisi lis intricata sit, ut alter expediri queat: & ita passim tradidit Doctores, Abbas hoc in Rubr. En. e. cum pridem n. 6. inf. de patib. Felin. hic Rubr. J. son ad l. Quidam 21. n. 4. D. Sicut enim per. Facit et textus in e. in. sup. ist. De res ipsi.

Recte tamen facit Index, si annuitat componeas partes, principiæ ubi scandali occasio subest: potissimum in bellis, quæ vel opinuntur perpetuo per pacem, quæ remissis iniuriis, sedus æternum sanctiatur vel temporaliter per inducias, quæ hic Italico sive barbaro vocabulo. Trenta dicuntur, quando ab armis abstinuerit.

Hæc alia sunt Conventioales, quæ multo partium pacto initæ stricte sunt observandas, etiam in inter hostes, can. Noli vers. folio xxiii. q. 1. Alia Canonica, ex præcepto Ecclesiæ, quæ certis diebus abstembi etejeretur, ut diebus Dominiis, tempore Adventus usque ad octavam Epiphaniae, tempore Quadragesimæ usque ad octavam Paschæ, c. 1. b. tit. Nisi urgat necessitas, propter inguenientem holtem, can. Si nulla xxiii. q. 8. Præcipi & Ecclesiæ, ut a certis personis abstineatur, veluti Presbyteri, Monachis, Conv. r. ss. rusticis, in rectoribus: item ab animalibus, quorum usus est in arando, c. 2. hoc tit. Verum horum observatio à multis retro saculis fuit negligita, ut mirum nos sit hac temporis iniquitate non servari: ita ut putet Abbas ad d. c. 2. non amplius obligare hujusmodi legem Canonicam. Cujus opinio, saltem quod Ecclesiasticos, minimè procedit, in quos violentiam injicio. [hodie, pro dolor] frangens, principiæ inter haereticos. Item hodie interdicta manet sub pena anathematis, ut discetur iusta, ad tit. De sent. excommunic. Nisi tamen se ingerant rebus bellicis, quia prælegium amittit, qui eo abutitur, can. Vbi illa Diff. 74, Savire in femininas, pueros, semper est secundum

sedam habitum, quos & divina lex & vetat occidere: praedæ tamen cedunt, & in servitatem rediguntur.

## TITULUS XXXV.

## De Pactis.

## SUMMARIUM.

1. Pactum quid? Diviso in pacta nuda & non nuda.
2. Quid pacti possit.
3. Ex pacto alteri facto an naturalis obligatio oritur.
4. Sicut quibus rebus pacisci licet.
5. Effectus pactorum.
6. An ex pactis nudis iure Canonico detur actio.

**Q**uod plerunque dubius litis sit eventus, etiam in casu, quo quis bono jure nixus bonam causam foveret, & expensæ judicij gravissimæ, ut non in merito partes testeant, frequens est, ut vel ante litis ingressum vel postea pactis transactionibus rem componantur.

I. Pactum est duorum vel plurium in idem placitum consensus, l. i. D. b. t. de quo plura apud interpp. h. t. & D. ac C. eod. ubi varia ejus deferuntur divisiones. Inter quas frequentior est, quod alia sint nuda, consistit nua in sola pacisci fide sine causa, de quibus in l. Iuris gentium 7. §. sed cum D. eod. sit A'ia non nuda, quæ in proprio nominis contractum transeunt, ut emprio, venditio, locatio, conductio &c. a. l. 7. §. 1. vel saltem causam habent, si nomine earent, cuius ordinis sunt contractus innominati. a. l. 7. §. 2.

2. Invenitur pacta inter eos, quibus est sensus se obligandi: quo modo non inuntur ab imputacione, mente capto, prodigo, quod sensu carant. Alteri ne quidem iure Canonico pacisci quem posse v. rius: sit, ut patet ex iis, que dicta sunt D. h. t. nu. 15.

3. Verum quæstio est, An saltē naturalis obligatio oritur ex pacto alteri facto? R. Id aliquos velle, ratione consensus, inter quos est Covarr. ad c. Quamvis p. 2. 5. 4. num. 2. hoc tit. in 6. Contrarium tamen ejus esse verius, scil. ne quidem naturalem oriri obligationem.

Quod vel ex eo constare potest, quod pactum requirat consensum duorum, d. L. D. De pact. qui hic deest, cum tantum ponatur factum promittentis, non etiam acceptatio ejus, cui sit promissio: quæ non suppletur per tertium, cuius factum lex non habet ratum, s. alteri Institut. De inscrib. stipul. Pro hac parte facit tex-  
tus in l. Qui absenti 38. D. De acquir. poss. ubi scribes servo, ut in libertate moretur, non ante censemur dimittere servi possessionem, quam ipse ejus sit factus certior: & ita tenet Abbas in proposito Decretal. nu. 25.

Invenitur pacta super rebus licitis & honestis, etiam spiritualibus, gratuito tamen, ad evitandam simoniam, p. 4. & 6. in fine h. tit. Turpe judicatur pactum de succedendo post mortem in aliquis Ecclesiam, c. s. b. t. tum quia contineat votum captandæ mortis, quod & jura civilia improbum dicunt: tum quia successiones in Ecclesia Dei prohibentur, car. Apostolica VIII. q. 1. Ut & turpe judicatur pactum, ut filia dote contra non habeat regresum ad bona paterna: quod tamen juramento firmatum servari jubetur, s. 2. hoc tit. in 6.

Effectus pactorum est, quod etiam nuda sunt servanda, cum grave sit fidem tollere, c. 1. & 3. b. t. Non darur tamen ex iis actio per jus civile, ne nimis constringatur oris libertas, cum sepe indeliberate & leviter ejusmodi sunt promises, circa animum obligandi. Unde leges maluunt hujusmodi pactorum implementum relinquere arbitrio pacientium, quam vinculo juris alligando lites au-  
gere.

De jure vero Canonico fuit dubitatum, An eo iure ex nudo pacto actio detri? R. Hoc plerosque velle, per d. c. 1. hoc tit. quoscitat & sequitur Covarr. d. s. 4. nu. 24. Wenfemb. in Parat. D. b. t. n. 9. propterea quod hoc iure nenitiquam judicetur æquum & rationabile, pacta converta per improbatonem adulterat. Probabilius tan- en, eo non bostante, nec hoc iure actionem dari, cum id nullibi exprimitur, & ratio eadem obtineat hoc iure, quæ civili: nam & hoc hiuum frequentiam est exosa, & non minus pleraque habentur dicta leviter, & indeliberate, circa animum obligandi. Alciat. 3. Parad. c. 1. Nihil obstat, quod d. c. 13. dicatur, pacta servanda esse: nam &